

Sed uel non caleūt, & frigore potius dēfantur, uel ad bre *Occupatio*
ue tempus hoc fit: ergo non semper. Quòd si à calore cō
ficitur metallū, hec omnis calor à sole non à terra est. Scio
Eraftum non dubitare esse perennem, & ratam in terra ui *Calor terre*
cissitudinem caloris & frigoris, in uisceribus inquā, quæ *nus.*
uiscera per estatem frigida, per hyemem calida sunt. Me-
tallorū fossores, & satis hoc nobis probant. Cum ubi sal,
ac metalla effodiuntur æstate nullus calor sit, metallum
tamen ibi habeatur. Neque incendia montana, uel
thermæ philosopho patrocinantur. Non est in uno tan-
tum pilo insitus animalis calor. Millesima terræ pars,
non calefacit incendijs montanis, minus ab aquæ te-
pore. Et si tōta terra calefieret ab his æstibus, non ea re
calor iste foret, ut animalis calor coquens atque perfici-
ens. Non elementaris, ut inquiunt, calor, qui mate-
riam suam perdit, sed uiuificus esse debet, à quo materia *Calor na-*
naturales perficiantur. Sed quid meandris est opus? Di- *turalis*
co certum esse, omnia terræ antra, & uenas æstiuis die-
bus frigiditas esse, unde aquæ et flatus erūpentes frigidissi *Frigus ter-*
mi sunt. Quòd si ad metalla redeas, & à calore percoqui *renum.*
pro Eraſto dicas, contendam esse hunc à sole vno: quan-
quā hoc etiā ex accidenti. Nam æstate solū terrę calefit so-
le appropinquāte, hibernis uerò diebus aliud incalescit,
fugato ex aere calore in terræ præcordia. Sol est, si à Deo *Solis uires:*
discesseris, uerus omnis uitæ author, & nature tertius mo-
derator. Nam robur, salubritatem, feracitatem, puritatē,
pulchritudinem omnem sol efficit. Et si tantam stirpium
& arborum uarietatem præstat, nō metalla simplicissima
coquet? Utinam non grauaretur Eraſtus, me illa doce- *Studiū in-*
re quæ hæctenus non intellexi. Agnosceret sanè, quod *telligētie.*
ipse iam diu intelligis, me non contentionis esse cupi-
dum, sed sapientiæ: atque ea de causa, me ista in medium
afferre non dubitasse. Neque enim solum dictæ ratio-
nes me mouent, sed eæ quæ sequuntur duæ. Viuunt ani-
malia, ea re calorem habent natium: præsertim dignio-